

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 1609

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars III. Wien 1795.

2977

LITURGICI.

2978

nici dicuntur, id est, *Introitum, Graduale, Offertorium et Communionem*, modulis musicis inclusas et quidem a Sabbato sancto usque ad Dominicam XXIV. post Pentecosten. Dominica in Albis simpliciter vocatur *Dominica in octava pasce*, neque Festum SS. Trinitatis adnotatur, sed *Dominica prima post pentecosten*, quae festum sacratissimi corporis post se habet. Litera cujusque Dominicae initialis grandi et eleganti pictura superbit, atque hae picturae cum propter penicilli artificium, tum propter allusionem ad argumentum *Introitus*, singillatim describi mererentur.

Volumen hoc non demum anno MDCLXXXVI. post expugnatam Christianorum armis Budam cum ceteris tristibus inclytæ Bibliothecae Corvinianae reliquiis in Palatinam Vindobonensem receptum fuisse, sed jam Uladislai aut Ludovici Regg. tempore hujati cuidam erudito Viro, puta Jo. Cuspiniano, aut J. Alex. Brassicano, dono obtigisse, ipsa ejus integritas, ipse nitor persuadet. Dignum certe est iis accenseri Codicibus, quos enumerat Xyst. Schierius O. S. A. Scriptor industrius et exactus, cujus *Dissertationem de Regiæ Budens. Bibliothecae Mathiæ Corvini Ortu, Lapsu, Interitu et Reliquiis, Vindob. 1766. 4. adi.*

DCCCXXVIII.

732 Codex membraneus lat. Sec. X. Folior. 69. 4. probe exaratus,

rubricisque distinctus et bonae notae sequentia complectitur: I. *Grammatica* quaedam de Pronuntiatione singularum Literarum ope organorum. Ita: *A. Sub biatu oris congruo. solo spiritu memo — edicimus. B. Labris per spiritus impetum reclusis. C. Molari-bus super linguæ extrema appulsis exprimitur. D. Appulsu linguæ circa superiores dentes innascitur &c.* His adjunguntur *Alphabeta Graecum, Hebraicum, Latinum, Aethiici Scythae, et Marcomannicum seu Nordmannicum*, prout indicavimus *Cod. CXCI*, et habentur ad calcem T. VI. *Opp. Rabani Mauri* edit. Colon. p. 333. non tamen sine lectionis et Figurarum varietate. Accedunt breviter IX. *Musarum* Officia et *Divisio Musicae Artis*. An omnia haec ad *Rabanum* referenda sint, dicere non aſim.

II. *fol. 4.* succedunt notis musicis antiquis insignitæ *Sequentiae* et quos vocabulo liturgico *Tropos* adpellabant, hoc ordine: In Natali Christi: *Laudemus omnes dominum Qui uirginis per uterum &c.* De D. Johanae Ev. *Dilectus iste domini Johannes est apostolus &c.* De Innocentibus: *Infirma mundi deligens &c.* De Epiphania: *Rege nostro carne tecto &c.* Et: *Nato nouo principe. Viso nouo sidere &c.* De Resurrectione: *Exurge rector gentium &c.* De Ascensione: *Ex numero frequentium &c.* De Pentecoste: *Consubstantialis patri et sempiterno filio &c.* De B. Maria, ut videtur: *Forma speciosissime Manuque potentes.*

G g 3

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 1609

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars III. Wien 1795.

2979

C O D I C E S

2980

tentissime &c. Nulla horum Cantorum mentio in Celf. Gerberti Opere de Cantu et Mus. sacra, nec in Notkeri Libro Sequentiar. apud Pezium T. I. Tbes. Anecd. habetur; occurrunt vero quaedam Eorum in Collea. Sangallensi Jod. Metzleri vulgata primum ab Henr. Canisso, indeque T. XXVII. Bibl. PP. Lugdun. p. 508. inserta, ubi cum ad Tutelonem Monachum referantur, credibile est, illum ceterorum etiam autorem esse, aut faltem e D. Galli Asceterio ea originem trahere.

III. fol. 9. Epistolae II. a Bern. Pezio T. I. Tbes. Anecd. p. 1. editae, sed in unam conflatae et in Capita XII. distributae e Cod. Zwetlensi, ubi inscribuntur: *Notatio Notkeri* (Balbuli Sangall.) *de illustribus Viris, qui ex intentione Sacras Scripturas exponebant* &c. ad Salamonem (postea Ep. Constant.) *discipulum suum.* Vide *Dissert.* Ejus *Isagog.* p. 57. Sed peccare videtur ista Inscriptio, quanquam *Tribemio* fulta; Condiscipulus enim *Salomonis* potius fuit *Notkerus* sub *Ison* magistro. Ad *Hist. liter. Franc.* T. VI. p. 164. Itaque Epistolae hae ad *Isonem* referendae magis, defunctum a. 871. cum *Notkerus* a. 912. *Salomon* a. 920. excesserint. In Cod. praesenti Epistola prior ἀδελφότητος incipit: *Cum prudens sis et prudentis nomen heredites* &c. et finit: *Iterum iterumque ualeto.* Cum vero *Salomon* novis quaestionibus Magistrum pulfasset, alteram dedit ille, cujus initium:

Lerneae paludi uel ydrino capiti seu certe rogo flagranti te comparauerim &c. et finis: *Hystorias uero ioseph iudaici. et egestippi nostri legendas tibi suadeo. et libellulo finem impono.* To tibi suadeo Pezio defuit. Sed et alia *Codex* noster in consilium vocatus subpeditat. Ita sub ingressum pro *diffamare velis vilissime* rectius legit *diffamare stultissime uelis.* C. 1. ad *Bedam* addit *nostrum*, ut Scriptorem *Benedictinum* intelligas. Item *profundissimi et penetrabilissimi Augustini* loco malim cum *Nostro penetrabilissimi.* Item *reicere debetis* pro *reticere*, et quae sunt plura hujusmodi. Ceterum Epistolae hae *Isonis* Βιβλιογνωστικῶν et iudicium non parum commendant, et sacrorum Sec. IX. Studiorum rationem egregie illustrant. Citati *Iustus* Ep. *Lugdun* in *Cantica*, et *Ladkenus Hiberniensis* Exceptor *Gregorii M.* in *Job* adhuc quaeruntur. Singulare illud, Autorem c. 5. nobis fol. 13. pro voce *Ecclesia* usum vocabulo theotisco: *ut praeco Dei populis futuras stationes praenuntiare possis* in *Keriki.*

IV. fol. 17. p. 2. Libellus *Formularum* veterum XLVIII. maximam partem ejusdem generis cum *Marculfanis* et aliis editis ab *Hier. Bignonio*, *Baluzio*que, collectus, ut multa suadent, in Coenobio D. *Galli* et fortassis ab *Notkero* supra memorato *Isonis* discipulo. Ejus *Indiculum* hic texere iuvat:

1. *Concessio Regalis.* Collegio cujusdam Ecclesiae *Ludovicus* Rex Ger-

Germaniae potestatem facit eligendi sibi Episcopum. Initium: In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. bl. rex germaniae. Si ergo (erga) loca ab anterioribus nostris diuino cultui mancipata. et seruos dei in eisdem commanentes. liberalitas nostra aliquid beneficiorum contulerit &c. Finis: Sig. bl. serenissimi regis. in orientali francia. Dato kl. maii. anno imperii eius. V. Actum regino (Ratisb.) curta publica. in regione baiouuariorum. Anno ab incarnatione domini. qualicunque indictione quam uis. Norma, quam praescribit, est, ut si nec inter Canonicos, nec inter Monachos Dioeceseos dignus Episcopatu reperiatur, eligant de tota parroecchia unum quemlibet clericum natalibus et doctrina pollentem.

2. absque Inscriptione, ejusdem Ludovici Donatio Curtis seu Fisci regii cuidam Ecclesiae facta ad Clerum sustentandum vel suscipiendos Peregrinos. Initium: *In nomine dei et domini nostri ihesu christi. bl. diuina fauente clementia rex. Quicquid ad loca sancta impendiorum conferre curauerimus &c. Finis: Sig. bl. serenissimi aug. rectoris francorum. suueuorum. baiouuariorum. turingorum. saxonum. domitorisque barbararum nationum. Ego uualdo ad uicem. g. archicapellani recognoui. Data kl. aug. anno et indict. ut supra. Atqui nihil supra, nisi Formulam N. 1. intelligas.*

3. absque Inscriptione, Exemptionis et Iuris eligendi Abbatem Confirmatio cuidam Monasterio

collata. Initium: *In nomine p. et f. et s. s. N. diuina largiente clementia imperator aug. Notum sit omnibus fidelibus nostris. quia uir reuerentissimus N. abba coenobii. quod dicitur L. et est constructum in honore sancti N. mart. &c. Coenobium Lauresbam et Martyrem Nazarium intelligi quis putet; sed non occurrit haec Charta in Codice Dipl. ejus Coenobii edit. Mannhem T. I. 1768. 4. Memorantur in ea Freda et Parafreda, de quibus uocabulis Ducangius in Gloss. quanquam ibi non nisi Parauereda legas. Finis: ad exemplum cunctorum in omnem uentum dispergat. kl. ut supra.*

4. Alia. Constitutio Coenobii noui secundum regulam sancti Benedicti. Initium: *Hl. diuina ordinante clementia rex. Quia sicut regni patrum nostrorum successores. ita etiam religionis eorum heredes esse cupimus &c. Iubentur futuri Incolae etiam operi manuum regulariter insistere. Finis: Quae constitutio ut per generationum successiones inlibata perduret. propria manu eam communire. et anuli nostri impressione libuit roborare. Actum in castro. Et rel.*

5. Alia. Donatio Praedii et Hobarum cuidam Vassallo. Initium: *Ex dei constitutione. et antiquorum regum propagatione rex alemaniae. Scire uolo omnes in regno nostro degentes &c. Finis: Actum in rotuila curta regali. Sig. k. clementissimi regis. Data die illa. Ego itaque S. ad uicem V. archicapellani recognoui.*

6. *Carta quam quis pro se. uel filio suo. seu etiam filia facere debet ad monasteria. uel ad titulos episcopales. Id est Bona tradendo. Initium: Ego N. cogitans pro remedio animæ meæ. Nec non euangelica & apostolica perfectione &c. Mentio est Tituli Basiliensis. Finis: nulla mihi potestate de prioribus facultatibus remanente.*

7. *Vel ita. Similis Traditio. Initium: Ego ille trado VI. bobas. uel duas. uel illam basilicam. ad monasterium s. petri. uel ad ecclesiam ambianensem &c. Finis: Sig. N. qui hanc traditionem patrauit. et aliorum testium quorum haec sunt uocabula. Addit Formulista: Scribe minimum V. et inde usque ad XXX. (testes) uel quotum uolueris numerum. Ego itaque ille. uice illius scripsi et subscripsi. Notauit diem V. fer. IIII. kl. apr. Annum XXXI. regnum HI. iunioris. sub illo comite. uel quoquo.*

8. *Precaria. Seu Charta Emphyteutica, qua quis ab Ecclesia seu Coenobio Bona sub censu recipit ad dies vitae, vel ad placitum. Initium: Christi largiente clementia. illud monasterium sanctae mariae. uel ille episcopus. praesul ecclesiae constantiensis. Complacuit mihi cum consensu fratrum &c. Finis: Sig. grimaldi abbatis et aduocati eius N. Sig. decani. custodis ecclesiae. nomen praepositi hosp. cell. cam. et aliorum testium. Scribe V. et deinde quantoscumque. Ego itaque. Ut supra. Additur minio: Carta pro filiis praecariam non desiderat sed tantum repetitionem si ita contigerit. Grimaldus sub Ludoui-*

co R. Sancto Gallo praefuit. Vide Jod. Metzleri L. II. de Viris Ill. Sancti Gall. c. 12. In Pezii Tbes. Anecd. T. I. P. 3. p. 599.

9. *Item karta illius qui in bellum profecturus. uel ubicumque. matrem cum uxore. cum filio. uel filia paruula reliquerit. et hereditatem suam omnibus cognatis suis acclinem et redemptibilem ad monasterium delegauerit. Acclinem, quasi dicas depositam, obnoxiam, dependentem. Initium: Ego N. incertitudinem huius uitae perpendens. trado ad monasterium sancti galli &c. Longam Heredum substitutionem haec Formula exhibet. Finis: Si quis igitur contra. et rel. ut supra.*

10. *Precaria. Initium: Christi fauente clementia. ille abba monasterii cujuscumque. Complacuit mihi cum consensu fratrum. et manu aduocati mei N. &c. Finis: nulla secum in eisdem rebus communionem concessa. et rel. ut supra.*

11. *Notitia diuisionis possessionum regalium. uel popularium. episcopatum. uel monasterialium. Initium: Notum sit omnibus tam praesentibus quam futuris. quod propter diuturnissimas lites reprimendas. et perpetuam pacem conseruandam. Factus est conuentus principum et uulgarium &c. De Limitum definitione agitur. Finis: Ego itaque N. scripsi et subscripsi. Notauit diem V. feriam IIII. kl. apr. Annum XXII. regni HI. regis germanici. Sub illo comite. Additum minio: Haec carta sibi respondentem non querit.*

12. *Carta concambii est. quæ utrisque similiter scribenda est. Nisi tantum hoc modo. personis in superscriptione mutatis. quod inter monasterium sancti galli. et illum hominem factum est. et ille habeat scriptum quod inter me et illud monasterium. Haec rubro. Initium: Ego ille providens paupertati meæ. ut res meas aliquatenus in unum colligerem &c. Ad calcem: post Sig. Abb. et advocati eius: Sig. ceterorum testium qui ibidem presentes affuerunt. quorum nomina sunt hæc. Accedit Monitum: Scribe nomina eorum per nominativum casum. quia obliqui. aut nimium ex sua proprietate decidunt. aut latine declinationi non congruunt.*

13. *Carta Dotalis. Initium: Ego N. cum filiam N. desponsarem. dedi eidem VII. bobas uel mansus ad curtem suam &c. Inter alia dantur etiam Cauallae ad esse-*

14. *Carta quæ inter ciues. aut patrem et filium conscribitur. Initium: Ego N. providens inbecillitatem filii mei N. qui ultimus natus est. ne a prioribus suis alterius uxoris filiis comprimatur &c. Tradit ei hereditatem ita tamen, ut filius uno balteo ex auro et lapidibus pretiosis esse. uel uno cauallo LX. solidos ualente eam a Patre quasi comparet, ne fratres eum exhereditare preualeant.*

15. *Precaria ad superscriptam cartam. Videlicet Filii Recognitionis. Initium: Complacuit mihi N. ut res quas ego a patre meo N. comparavi &c. Redit balteus et Cauallus.*

Denis Codd. Theol. V. I. P. III.

16. *Carta de eo si quis hereditatem alicubi tradiderit et ibidem sibi uisum conciliat. et uestimentum. Initium: Ego N. prospiciens senectuti meæ. et ei quæ solita est eam sequi penuriam (penuria) &c. Inter alia paciscitur sibi omnibus annis Duo uestimenta linea et totidem lanea, annonam sufficientem in pane et ceruisa et leguminibus et lacte, diebus autem festis in carne; tertio quoque anno sagum et uantes et calciamenta et fuscias (fasciolas) cruales et saponem et balneas. To Vuantes adhuc in nostro Gewand superstes est. Subdit Rubrica: Precaria iam nota est.*

17. *Carta libertatis. Sive Dimissionis Mancipiorum. Initium: Ego N. cogitans qualiter ad absolutionem peccatorum meorum peruenire potuerim — decreui ut mancipia mea numero L. libera dimitterem &c.*

18. *Carta libertatis. Eiusdem argumenti. Initium: Notum sit omnibus huius pagi cultoribus. quod ego ille de loco qui dicitur N. cogitans remedio animæ meæ. uel parentum meorum &c.*

19. *Carta dotis. Initium: Notum sit omnibus presentibus et futuris qualiter ego ille cum consensu utraque ex parte parentum nostrorum accepi neptam tuam in coniugium &c.*

20. *Carta concambii. Seu Permutationis Terrarum. Initium: Omne namque quod inter partes diuersas bonis moribus sanisque consiliis fuerit diffinitum &c. Agitur de Fuchis i. e. Iugeribus, germ. Foch,*

H h

et

et de Carradis i. e. Foeni onere, quantum Carro vehi potest.

21. *Carta pactionis.* Conuenitur de Territoriis liti haecenus subiectis. Initium: *Dum constet plurimis quod a quodam homine ille aduocatus cenobii sancti illius reprobetur &c.*

22. *Carta traditionis.* Initium: *In dei nomine ego ille trado ad coenobium s. illius pro remedio anime meae. parentumque meorum unam bobam &c.* Mentio hic Censuræ sicularum de ceruisa, i. e. generis Mensuræ, Siclis singulis octo Sextarios continentibus; item unius frisk saiga ualentis, ubi legendum puto Friskinga (Frischling) quod porcellum notat, nisi Saiga a Suggendo (Saugen) Latentem velit; item redemptionis per ueregeldi, seu pretium aestimationis, ut adeo Weregeldi non solum multam pro Homicidio significet, ut quibusdam visum. Ad calcem post Signum Abbatis, ejus Aduocati, Decani, Portarii, Sacratarii, Præpositi, Camerarii, Cellenerarii et Hospitarii memorabilis haec Formula: *Ego itaque inperitus. et humillimus dei acolitus. scripsi et subscripsi hanc traditionis firmitatem et constantiam. Vt si quis hanc cartulam traditionis. impediens affectu legerit. priusquam finem kartule legendo incurrat. oculis priuatus appareat. Notauit diem dom. k. mar. Tercio anno regnante k. iunioris. sub adalberto comite. Addit Rubrica: Precaria iam cognita est.*

23. *In dei nomine incipit epistola quae formata dicitur siue com-*

mendaticia. Initium: Reuerentissimo atque gloriosissimo et ab omnibus cum summa ueneratione nuncupando. illi episcopo. Ego ille extremus sub pontificali officio deo famulantium perpetuam in domino ivesu opto salutem. ΠΥΑΠΑ. ΑΑΑΙ. (Additur DLXXV.) Prefens frater noster ille petit &c. Habetur similis inter Veteres Formulas Marculfo additas in edit. Bignon. suprac. n. XII. p. 126. Rationem porro Numerorum in Formatis graecis literis exprimentorum e Synodi Nic. I. praescripto edidit Atticus CPolit. ad calcem Concilii Chalced. unde praesentavit Gratianus Dist. 73. c. 1. Iuxta hanc Literae superius adductae reipsa numerum DLXXV. faciunt, quibus si addas AMHN, quod ad finem Formatarum habetur, et valet XCIX. Annus exit DCLXXIV. Uberius haec exponuntur a Sirmondo in Not. ad Sid. Apollinar. edit. Paris. 1652. p. 67. Fontes a Ducangio indicantur v. Formatae.

24. *Qualiter debeat epistola formata fieri. exemplar.* Initium: *Greca elementa litterarum. Numeros etiam exprimere. nullus qui uel tenuiter greci sermonis noticiam habet ignorat. &c.* Attici mox memorati Verba sunt, sed nempe diu in Cod. nostro ante Gratianum descripta.

25. *Epistola Commendaticia.* Initium: *Summe sanctitatis. scientiae. pietatis. et ordinis culmine sublimato. domino V. dignitatis episcopalis infimus pastor ecclesiae C. Salutis et prosperitatis augmentum.*

et

et futurae uitae gaudium sempiternum. *Iste iuuenculus. sectator fidei beati II. a. (Petri Apostoli) &c. Per decursum de isthoc Iuenculo ita: Nunc ergo puerum istum. uiscera mea. filium consobrinae meae. solam et maximam curam meam commendo &c. Et iterum: A sanctae recordationis auunculo meo salomone episcopo detonsus in clericum mox apud monasterium sancti galli. cuidam religiosissimo omnique uigore et industria plenissimo uiro commendatus. sub artissima disciplina. et custodia literarum studiis monasterialibusque rudimentis insistens uitam suam — haecenus seruauit inlesam &c. An haec intelligenda de Salomone III. Constant. Ep. qui a Salomone II. Tonfuram acceperit? Autor *Epistolarum* n. 3. hoc *Cod.* recensitarum illum hortatur, ne velit post matris suae consobrinum anhelare ad *Episcopatum*; Autor praesentis *Commendaticiae* Iuenculum suum *filium consobrinae suae* vocat. Combinet haec, cui lubitum. Ceterum *Notae* chronologicae huic *Commendaticiae* subiectae peccant; legas enim *DCCCCLXIII.* quo anno *Iuuenculus* esse nequit, quem vel *Salomon III. a. 920.* defunctus in *Clericum* detondiffet.*

26. *Item Alia Breuior.* Initium: *N. sancte N. ecclesiae pastor. dilectissimo et sanctissimo fratri et confacerdoti N. florentino episcopo &c. Caritas uestra scire dignetur &c. Commendatur Diaconus.*

27. *Item Alia Pro Episcopo Ordinando.* Initium: *Domino et*

*patri P. uisoncensis ecclesiae pontifici S. indignus episcopus ecclesiae C. a deo II. et Y. et A. (Patre, Filio et S. Spiritu) per intercessionem beati N. A. Gratiae misericordie et pacis habundantiam. Sublimitas uestra scire dignetur. quia dominus noster k. rex comperto recessu fratris nostri N. Iosaniensis episcopi cuidam clerico suo eandem sedem tradere decreuit &c. Commendatur hujus hospitalitas. Inter alia: Nam cum quodam in tempore dominus noster k. ad huc iuuenculus per flagrantissimum aestum ad nocturnam mansionem sibi praeparatam festinaret. et propter angustiam temporis per totam diem non habens quo diuerteret. iuxta possessionem eiusdem presbiteri itineris reuerentia perueniens deuotissime ab eo susceptus et regaliter honoratus est. cui decedens promisit. quia si aliquando sibi facultas superpeteret. hoc ei prandium recompensaret. Itaque pro prandio Episcopatus. Ad calcem: *Scripta est autem epistola haec anno presenti. indictionis XII. M. C. LXX. III. Indictionis XII. ad annum DCCLXXIV. pertinet, quem corrumpit Librarius e notis DC. effingendo M. Corruptionem etiam Scriptura totius Codicis evincit, quae minimum Seculi X. est, ut in principio dictum. Rex igitur iuuenculus intelligendus Carolus M.**

28. *De Rege ad Regem.* Vides de omnis generis *Formulis* conquirendis sollicitum fuisse *Notrum.* Initium: *Dilectissimo fratri et unanimo amico. Gloriosissimo galliarum. aquitaniae. et hispaniae regi*

regi blud. Cognominis uester bl. rex francorum. Gratia uobis et pax atque uictoria de caelo subministrantur. Obsecro frater karissime. sanguis et ossa mea. pars animae meae. Nomen meum. ut post positis uel potius explosis et adnullatis simultatibus et inimicitibus. quas inter patrem uestrum et nostrum (Carolus Caluum et Ludovicum Germ.) cupidi et peruersissimi homines seminare gaudebant. Christiano et cognato amore nos inuicem diligere. et alter alteri. domi militiaeque fidi et pacati esse curemus &c. En literas datas a Ludouico II. seu Iuniore ad Ludovicum Balbum, qui a. DCCCLXXVIII. antequam mense Nov. convenirent, Legatos ad eum miserat, de quo negotio *Annales Bertin. Fuldens. Hermannus Contraf.* alii ad b. a. Literas comitabantur munera, videlicet: *mittimus vobis pro arrabone cauallum uiribus et uelocitate. non statura et carnibus probabilem. et sellam qualem nos insidere solemus.* — *Mittimus etiam cortinam praestantissimam. qua in palatio uestro. tempore consilii. pro signo dilectionis nostrae suspensa. omnia maledicorum seminaria contabescant.* — *Dirigimus uobis aromata. et unguenta. et pigmenta medicabilia &c.* Notae Chronologicae abfunt.

29. *Epistola.* Initium: *Uterinis fratribus. adoptulus (adoptivus?) frater in saluatore mundi salutem. Rem miraculo dignam. immo portentuosam mihi precipitis. ut balbus. edentulus. et ideo blesus. uel ut uerius dicam semilaterator.*

surdastris uobis. uel potius insensatis cantare. seu ludere. siue lamentari debeam. Nisi fallor, ita jocatur *Notkerus Balbulus* jam supra dictus et infra dicendus. Quid *Eratres* illi quaesierint, mox declarat: *Conabor uobis aperire quam necessario et clericis tonsura. et monachis sit indidta cuculla.* De priore fufe recenset varios fines, significationes, modos secandi, radendi, tondendi *Capillum* in V. et N. Lege; inter alia quidam dicuntur *tonderi ad palum*, quod ad *Tonsuras poenales* pertinere videtur. *Autoritatibus* utitur *Gregorii M. Anastasii Sin. Antonii Anach. et Regulae Pauli et Stephani*, quae extat in *Cod. Regular. Holstenii* P. II. p. 46. A *Tonsura* ad *Cucullam* ita transit: *Et haec quidem in commune de clericis et monachis. licet ipsi inter se maiore flagrent odio. quam clerici et laici.* Hic uero quam brevissime contendit, indignum esse *Cucullatis* aliquid seculare desiderare, remittitque ad *libros hier. ad sabianum diac. et iob. crisostomum ad steleuchium monachum.*

30. *Epistola ad Regem.* Initium: *Domino praecellentissimo. et regi gloriosissimo N. indignus episcopus. et fidelis famulus uester N. Clementissima dominatio uestra scire dignetur &c.* Excusat se, quod hactenus infirmitate detentus Regem adire non potuerit. Mittit uero interim *Parua xeniola. sed peregrina. seu transmarina*, videlicet: *palliolum coloris prassini. et aliud polimitum. spatulas palmarum cum suis fructibus* (i. e. *Dactylis*)

2993

LITURGICI.

2994

&ylis. *Plin. L. 16. c. 26.*) *Cynamomi. calangani. cariofilii. masticis. et piperis fasciculum. caricis ficarum. malogranata. pectinem elephantinum. uermiculos cicadas. aues psitacos. merulam albam. et longissimam spinam de pisce marino. Speciosa certe aevo illo Munera, e quibus difficultatem habere possit Calanganum, cujus vocis antiquiorem memoriam non reperio. Interpretor vero Radicem Galangae summo Viro Linnaeo dictae Kaempferiae, et Marantae, Plantae Orientalis Indiae, de qua consuli possunt Garcias ab Horto in *Hist. Aromat. L. I. c. 40. Casp. Hofmannus de Medicam. Officin. L. II. c. 97. alii.* Ejus deinceps meminere *Cassarus Annal. Genuens. L. III. ad an. 1194. in Murat. Scriptt. Rer. Ital. T. VI. col. 369. Jacobus de Vitriaco Seculo XIII. in Hist. Orient. c. 86. edit. Duac. 1597. p. 172. 8. Euf. Jac. de Lauriere in Ordonnances des Rois de France e Decreto Philippi Pulchri anni 1304. T. I. p. 422. f. De Cicadis Vermiculis haereo; Spinam vero memoratam Piscis esse Xiphiae seu Gladii, quem Nostrates Schwert-seu Degenfisch, Itali Pesce Spada, Galli Espadon, Angli Swordfish adpellant, vix dubium. Notae chronologicae nullae.**

31. *Epistola ad Archiepiscopum. Initium: Summum gradum in ecclesia. summa sanctitate promerito patri et prouisorio meo N. humilis suffraganeus. et fidus obsecrator uester. ac deuotus seruitor N. illius ecclesiae pastor indignus.*

Scrutatores cordium testem inuoco in animam meam. quam inuitus et coactus aliquid sinistri — auribus dulcedinis uestrae aliquandoingere praesumo. Est illud renitentia duorum Conjugum, quos in visitatione Dioeceseos de uno parente in quinta et de altero in quarta generatione consanguineos inueniat, et separare volebat, qui vero ad Metropolitanum provocabant. Quod si haec facultas improbis hominibus inbibita non fuerit, ut episcopi sui praecipuum contemnere non audeant. sicut minores mihi. ita maiores quique uobis facere incipient. et periclitabitur apud dominum apostolicum nostrum ministerium.

32. *Ad Presbyterum Epistola. Initium: Prouidentia diuina N. ecclesiae illius episcopus. archipresbytero pagi illius salutem. Notum sit dilectioni tuae. quia domini nostri reges — decreuerunt &c. Agitur de triduo jejunio XIV. XIII. et XII. Kal. Jun. observando in hunc modum: Pura confessione. et pace praemissa. ieiunent omnes usque ad nonam. qui pro infirmitate. uel infantia. aut senio possunt abstinere. Et unanimes contrito et humili corde ueniant ad ecclesiam. sequantur crucem cum letania. totus populus kyrieleison clamantes. cinere aspersi et ciliciis induti. qui illa possunt inuenire. ceteri quicumque habent laneis uestibus induantur ad corpus. pauperibus et non habentibus ipsa sua penuria pro afflictione sufficit. discalciati omnes. omnes missam in commune auscultent cum metu et reuerentia. Presbyteri singulis illis diebus*

H h 3

diebus

diebus missam cantent. ceteri clericis. et omnes qui nouerunt uiri ac femine L. psalmos impleant. De Jeunio porro: Pane sicco omnes alantur. et crudis boleribus. et sale atque pomis. et qui opus habent. infusis uescantur oleribus. Uno uasculo de pura ceruisia refocilentur. Cunctis omnino a carne et pinguedine. et omni quod ex lacte conficitur abstinentibus. Pisces et oua præter infirmitatem nemo præsumat. similiter uinum. et omne quod melle dulcoratum est. et unusquisque in quantum poterit. quod sibi subtrahit indigenti præbere non differat. Haec ad illustrandam Ecclesiae germanicae medii aevi disciplinam.

33. *Item Epistola.* Brevior ejusdem argumenti pro folis Clericis et monachorum cateruis; additur enim in fine: Cetero populo propter aestum atque opera forinseca hoc non indixeritis. Dies fixae IV. III. et II. non iul. Initium: Ille episcopus sanctissime congregationi. in honore sancti N. coadunate salutem. Dilectio uestra nouerit &c.

34. *Epistola. Ad Episcopum De Strazpurc.* Initium: Dilectissimo patri et omni laude colendo N. ecclesiae argentaring pontifici N. bumilis oppidi constantiensis episcopus. Paternitas uestra scire dignetur. quod dominus noster rex k. ad cenobium luxouiense paruitatem meam dirigere uoluit. Petit sibi, seque sequentibus hospitium et necessaria in uico Ruuacha, quod Rustanam five Rubeacum superioris Alsatiae interpretor.

35. *Ad Vicarium Epistola.* Initium: Ille N. gratia dei episcopus N. uice domino (Vide Ducangii Gloss. ad h. v.) et fidei suo salutem. Strenuitas tua sciat. quia G. nemidonensis episcopus. romam profecturus. alias episcopus de spira. unam mansionem petiit a me in polling &c. Vicedominum hic pro Castellano positum arbitror, uti corruptum Nemidonensis pro Nemetensis. Tres vero Spira Nemetum Episcopos hoc aevo inuenio nomen ab G. auspicantes; Gebbardum uidelicet ad an. 848. Godelancum ad an. 881. Godefridum ad an. 959. Polling celebris deinceps Canonica O. S. Aug. in superiore Bavaria, cujus Diplomatarium habes T. X. Monument. Boic. Iam vero, quid Episcopo peregrinanti subpeditare iussus fuerit Vicedominus, videamus: Maldra IV. de pane. de ceruisia carradam I. id est XXX. situlas. de uino situlas VI. friskingas ouinas IV. porcum I. de lardo dimidium tergam. agnellum I. porcellum unum. anserem I. aucam I. anetas II. pullos IV. et ipsi aliquem piscem. si potueris. ligna ad focum. et uasa ad ministerium. plumitia et capitalia ad lectum. De auena trita et uentilata ad pastum cauallorum maldra III. et fenum in pratis uel in agris. Singulis cauallis uassallorum. et seruorum illius unum manipulum. Atque haec fatis lauta quidem pro Successore Apostolorum. Ceterum Anser et Auca sexu differre videntur. Ad Ducangii Glossar. b. v. A Situla germanicum Seitel profectum est.

2997

LITURGICI

2998

36. *Epistola ad Procuratorem.* Confectaria praecedentis. Initium: *N. uicedominus N. episcopi N. procuratori in polling. Unus episcopus debet ad polling super XII. noctes aduenire. et ideo praepara illi ministerium &c.* Occurrunt hic *Censarii*, sive Incolae Censui obnoxii, et *duae frebtae de ceruisia*, quae vox hodie in quibusdam, ut audio, *Helvetiae* partibus pro 30. *Mensuris* obtinet, et a *Fracht*, *Fabren*, *Faebre*, onere, vectura provenire videtur. Aliter exponit *Scherzius* in *Glossar*. Praeterea methodum sagine Animalia discas ex hac *Epistola*, quae, ferione, an joculariter, ita finit: *quando ego uenero. omnia parata inueniam. si cutem et capillos habere uolueritis.*

37. *Item alia Epistola.* Initium: *N. episcopus procuratori suo N. Accipe epistolam istam et commenda illam alicui tributariorum nostrorum qui cauallum habet &c.* Ita per plures stationes jubet illam perferri *Regenbardo* Episcopo, significatque, seipsum *Stratoburgam* secuturum. *Reginbardus Argentinensis* obiisse scribitur versus an. 890. Finit *Epistola*: *Ceteris etiam compresbyteris tuis de meo aduentu indica. quia spero quod augiensis abba et comes oadalrib mecum ueniant. ut aliquid illis impendere queam.*

38. *Invitatoria ad Concilium.* Initium: *L. sanctae magontiacensis ecclesiae praesul. fratri et confacerdoti sal. in saluatore mundi salutes. Dilectio tua nouit quod a recordatione inuentutis tuę ut reor*

nunquam in nostra diocesi episcoporum concilium est habitum &c. Itaque ob gravissima, quae inualere, mala inuitat *Moguntiam* ad diem II. non. april. pro Synodo habenda. Litera L. designari *Liutbertum* seu *Lindebertum*, cui *Otfridus* theotiscam suam *Evangeliarum* Versionem dicavit, nullus ambigo. Sedit is ab a. 864. usque ad a. 889. Ad *Nic. Serrarii Rer. Mogunt. L. IV. aut Galliae Christ. T. V.* Concilium uero habuit a. 888. cujus *Capitula* extant *Concilior. Germ. T. II. p. 368.* Ad horum calcem cum inter *Suffraganeos Constantiensem* subscriptum non inueniam, recte arguo, *to sal.* supra initio *Epistolae* positum significare *Salomonem II. Constantiensem* Episcopum. Patebit id ex *Epistola* sequente. Ad *Salomonis* aetatem facit, quod supra dicitur: a recordatione iuuentutis ejus non fuisse habitum *Concilium Moguntiae*; habitum enim fuit nostro anterieus a. 860.

39. *Responso.* Initium: *Domino et in christo patri illi archiepiscopo. N. indignus ecclesiae N. excubitor. Sanitate dulcedinis uestrae comperta omni gaudio repletus sum &c.* Excusat se, quod ad *Concilium* venire non queat negotiis *Dioeceseos* suae praepeditus. *Solertissima uestra* nouit *industria* quamdiu *episcopium* mihi commissum ab infirmis et senio defessis hominibus retentum est. Adeo ut iam nonus annus pene sit exactus. ex quo nullus eorum ipsam *parroeciam* circuire potuerit. et ego secundo iam

iam anno illam retinens. ob perturbationem rei publicae causarumque uarietates. et domini mei regis seruitium. nisi tantum dimidiam pertransire non potui. Salomonem II. Ep. Constantiensem praecessere Bathego seu Patecho, et Gebhardus I. quorum satis fluctuans adhuc chronologia. Quod si posterior a. 885. mortem obpetiit, ut habetur apud *Bucelinum Constantiae Sacr. et Prof. P. II. p. 160.* recte successor *Salomon* initio anni 888. adserere potuit, sese secundo iam anno Episcopatum retinere. Dubia, quae e *Chartis Goldastianis* circa annum mortis *Gebhardi* obmoventur *Galliae Christ. T. V. col. 900.* discutiat, cui *Reurum Constantiensium* peculiare studium.

40. *Item Epistola.* Initium: *Dilectissimo et religiosissimo consacerdoti. et firmissimo amico N. episcopo ille Brixienfis ecclesiae pastor.* Obsecro fidelitatem uestram ut ueraciter mihi et diligenter demandare dignemini quomodo se summa rerum habeat. quam pacati inter se domini nostri reges sint. id est filii *bludouici* (*Germanici*). Qualemque pacem ad consobrinum suum filium *karoli* (*Carolus Calv.*) conseruent &c Mittit praeterea munera: *palliolum diu cedrinum.* et aliud *coccineum.* tertium *saphirini coloris.* facitergulas duas. duos ramos *palmarum uirides.* et partem *amigdalarum.* *timiana nouum.* Denique expetit sibi *admissarium generosissimum.* *Palliolum diu cedrinum* coloris coelestis e *Serico* (*Seta, Ceda, Seide*) con-

fectum putem. Vide *Ducangii Glos. v. Cederia.* Sequitur

41. *Rescriptio.* Initium: *Nobilitatis et religionis. summique sacerdotii dignitate sublimato N. illius ecclesiae pontifici. N. illius ecclesiae indignus episcopus.* *Comperta sanitate dulcedinis uestrae multum in domino gauisus sum &c.* Respondet uero ad quaesita in hunc modum: *Notum facio dilectioni uestrae. quia tres illi fratres* (*Carlomannus nempe, Ludovicus et Carolus*) *ita se mutua caritate complectuntur. ut summam trinitatem mediam inter illos diuersari credamus. adeo omnia quae ad illos seu priuato seu publice pertinere uidentur. humanas res et uota supergrediuntur. Et unusquisque eorum si fieri potest. plus alios quam seipsum diligit. et dominus quidem carolus cum fratre bludouico regnum bludouici iunioris* (*Balbi II. Imp.*) *id est galliam. lugd. et treuerim. cum omni mosellana regione. nec non agrippinensem. prouinciam. et burgundioniam. inter se diuidendas acceperunt. Italiam uero et tusciam. et omnem campaniam domno k. (Carlomanno) regendas commiserunt. Qui etiam modo iam sanitate indepta. quantocius uos per dei gratiam uisitabit &c.* *Ludovicus Germ.* horum Principum Pater obiit. a. 876. *Carlomannus* uero Fratrum primogenitus *Italiam* intravit a. 877. cumque id, ut mox dicitur, factum sit uivo *Carolo Caluo*, qui a. eod. mense *Octob.* mortuus est, *Epistolam* nostram in confinio annor. 876. et 877. scriptam opor-

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 1609

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars III. Wien 1795.

3001

LITURGICI

3002

oportet, quo tempore *Antonius Sedem Brixensem occupabat, ut testis Ugbellus Ital. Sacr. T. IV.*

Pergit Noster: *De cauallo quem me expostulastis. scitote quia prestantissimum uobis mitto.*

*Illorum de gente, patri quos dedala circe
Supposita de matre nothos furata creauit,*

et mox injecta *Cyllari, Rboebi, Bucepbali* mentione, citatoque iterum *Virgilio*:

Belgica uel molli melius ferat effeda collo,

rs *Αναβας* sui dotes, illiusque alendi modum intelligentius paene describit, quam expectes ab Episcopo. Ab Equo reversus ad Principes: *De filio k. regis* (Carolo Calvo) quod requisistis, ait, qualiter fidem et amicitiam ad dominos nostros conseruet. et quomodo se illi ad ipsum exhibeant. ad hoc nihil certi de hoc uestrae industriae possumus indicare, nisi certari inter eos officii, finit tamen: *Hoc unum pro certo scimus. quia quam diu dominum karlomanum spirare nouerit. italiam non ingreditur.* Qua coniectura falsum fuisse mors Caroli probat, quae eum ex Italia redeuntem occupauit.

42. *Amicus Amico.* Initium: *Legimus in propheta. quia cum nabuchodonosor rex inter captiuitatem iuda pueros elegantes uidisset &c. Familiaris expostulatio cum Amico, qui quaesiverat: quae sint elementa. et qualiter ea coniuncta syllaba. sillaba uero conexae dictionem. dictiones uero ordinate compositae intelligibilem perficiant orationem.* Atque istud post longius literis impensum tempus, ubi

Denis Codd. Theol. V. I. P. III.

jam difficiliores Quaestiones agitantae forent. Animat de in Anicum ad Scientiarum studia et Sacerdotium suscipiendum, ut Deo ministrare queat, ad cuius seruitium ab ipsis incunabulis a parentibus uestris deputati fuistis. Et iterum: cum non murilegulorum (Catorum) more in foculari (ad focum) sed in castris caelestis imperatoris sitis educati. Epistola, ni fallor, *Isonem*, aut *Noikerum Balbulum* autorem habet, et ad Juuenem quendam nobilem in S. Galli Coenobio educatum fortasse dictum saepius *Salomonem III. Ep. Constant.* dirigitur.

43. *Epistola ad Papam Romanum.* Initium: *Domino adriano sedis apostolicae praefuli. Infimus seruorum dei seruus L. ecclesiae magontiacensis episcopus.* (Adiicit *Formulista uel magontingē*) *Religiosissima dominatio uestra scire dignetur. quod si quando iustitia distante criminibus publicis &c. En alteram jam Liutherti Epistolam nemini, quod sciam, haecenus memoratam. conqueritur ea primum de uolentia Hominum potentiorum, qui ecclesiasticas anim-*

Ii

ad-

adversiones nihili faciant; dein
 prosequitur: *Specialiter tamen
 sanctitati uestrae de illis duobus ui-
 ris significamus. quam praesumpto-
 res sint. et praeuaricatores. quos
 herno (hoc anno) dominationem
 uestram adisse. et uestra auctori-
 tate licentiam accepisse. non uxores
 sed meretrices suas habendi certa
 relatione comperimus. Siquidem fe-
 minas ipsas beatissime memoriae S.
 (Salomon I.) constantiensis episco-
 pus sua manu ad propositum uirgi-
 nitatis consecrauit. et ipse eis ue-
 lamina benedixit. et eo praesente
 regularem uitam professae sunt. et
 tanto tempore in monasterio positas
 omnis germania nouit. Uiros ergo
 tales indemnatos relinquere fas et
 iura sinebant? Allato deinde di-
 uinae ultionis exemplo in Viro,
 qui sub Nicolao I. Adriani II. an-
 tecessore ad eiusmodi licentiam
 subreperat, commonstratisque
 pravis in Monachos et Moniales
 e tali facilitate sequelis autorita-
 te Pontificis fulciri se postulat.
 Pergit: *De illis etiam factionibus
 quae uuibertum cognomento su-
 perbum. et filium chunradi iunio-
 ris secutae. maximam in ecclesia
 ruinam fecerunt. Notum sit uobis.
 quia eos excommunicauimus. donec
 poenitere de miserabili illa coepe-
 rint strage. Demum de Prouincia-
 libus suis conqueritur, quod bello
 contra paganos indicto quidam
 romam pergere. quidam dominos
 suos in aliis regionibus inuisere.
 alii morbos etiam gestiant simulare.*
 Notae chronologicae sunt: *pri-
 die kal. maii. Anno ab incarnatione
 domini DCCC. LXX. VII. Indi-**

gione IV. Sed rescribe LXXI.
 hujus enim anni est memorata In-
 dictio, et *Adrianus a. 872. obiit.*
 Dies recte habere videtur; *Salo-
 monis enim, qui supra beatissimae
 memoriae audit, mensis emortua-
 lis erat Aprilis a. 871.*

44. *Epistola Ad Vos Quosque.*
 Ita inscriptio. Initium: *Dilectissi-
 mis fratribus illis. ille fidelissimus
 amicus indeficientes in saluatore
 mundi salutes. Postquam uobis re-
 cedentibus ad carcerem meum re-
 gressus sum &c.* Numerus plurium
 inscriptus a Formulista profectus
 videtur; tota enim Epistola ad
 unum dirigitur, eumque, nisi fal-
 lor, *Salomonem* adolescentulum,
 deinceps *Episcopum Constant.* et
 quidem ab *Igone* ejus Magistro,
 certe a *S. Galli Monacho.* Nam
 post explicatum amorem suum
 ita prosequitur: *Sabbato autem
 sancto cum omnia insignia uiderem.
 quae peregrino mundi. domestico
 gallo suo. dominus concessit. egre
 uestram absentiam sustinui. quia
 oculis et mentibus uestris experi-
 mento intinmare non potui. quam
 gloriosum sit seruire deo. quam ui-
 le sit regnare in seculo. Sed tamen
 in hoc non mediocriter exbilaratus
 sum. quia cum archiepiscopo ma-
 gontino. et consobrino matris ue-
 strae. successoris maioris auunculi
 uestri salomonis. pontifice salomone
 uos esse recolui. &c.* *Auunculum
 majorem interpretor Salomonem I.
 Ep. Constant. quemadmodum Con-
 sobrinum Matris alterum Salomo-
 nem II. cumque Iso in Epistola II.
 N. 3. supra adlata, apud Pezium
 cit. c. 6. col. 9. Salomonem juvenem hor-*

hortetur: non post matris consobrinum anbelare ad Episcopatum, recte mihi concludere videor, rem ita habere, ut mox adserui. Itaque tres hi Salomones Constantienses sanguine juncti fuere, Stirpemque Ramschwagiam illustrare. Pergit Noster: Sed quia pueritiam uestram minus aduertisse magnitudinem illius ministerii metuo. debeat uestrae dulcedini de hoc aperire quod sentio. Sicque sacras illi deinceps exponit Caerimonias, quibus Episcopos ultimis Hebdomadis majoris diebus defungi mos est. Ultima Epistolae excidere, uti et sequentis initium.

45. Epistola ἀρεφαλός. Uber cohortationum ad varias Virtutes: — — satagite. Superbiam perborrete. quia immundus est ante dominum omnis qui exaltat cor suum &c. Finis: O si uos uidere merear.

46. De VII. Sacerdotii Nominibus. Epistola. Initium: Dilectissimo filio illi ille salutem. Quando te in habitu subdiaconi conspexi. ita de tua et uestis illius deformitate contristatus sum. ut multo te libentius inter abiectissimos laicos. quam inter praestantissimos clericos uidere uoluissim. Nunc autem quia te uidi in habitu sacerdotali. ita iocundatus sum. ut tu mihi prae omnibus episcopis praeter unum illum nostrum esse uidearis solus sacerdotio dignissimus. Mox praedicens ei Episcopatum septem Sacerdotii Nomina explicat nempe το Presbyter, Episcopus, Antistes, Praesul, Pontifex, Sacerdos et Papa. Ut iterum coniecto-

rem agam, Iso autor Epistolae, unus ille noster Episcopus Constant. Salomon I. Sacerdos novus Salomon deinceps II. est, et ne Salomon III. desit, expende finem Epistolae: Haec VII. nomina sacerdotii discat ille puerulus noster, qui forma et nomine et uigore mentis. atque omni gratiositate. uiuentem illum salomonem nobis refert episcopum. ut officii dignitatem ad quod spiritu sancto nutriente prouebendus creditur. dignis moribus exsequatur.

47. Ad Episcopum. Initium: Domino illi episcopo. infimus famulus uester ille. Audito quia celsitudo uestra meae pusillitati fuerit indignata. ualde consternatus sum &c. Purgat se ille, quod ab Episcopo ad domum fratris sui diuerterit. Nam, ait, inde uel ad episcopium uel monasterium prius reuerti rerum natura. et aeris intemperie prohibente. uobis ipsis testibus minime potui. nisi forte diuersa temperies aurarum. cis et ultra lacum praeter solitum uersaretur. Lacus admonet Constantiae. Igitur veniam poscit. Alioquin si dominus abbas et reliqui Rectores monasterii indignationem uestram circa me compererint. alii libenter. alii facile manum suam ab auxilio meo retrahent. et omni adiutorio priuatus. ad agricolandum domum meam misellulus uisitare cogor.

48. Epistola. Initium: Carissimis filiis. iuxta nomen suum potestas et pax adimpleatur. Recolite carissimi mei &c. Hanc etiam Epistolam ad Juuenes Salomones II. et III. a Magistro datam fuisse, sua-

3007

C O D I C E S

3008

det mox dicta Allufio: *iuxta nomen suum Potestas et Pax; Potestas enim Regem, Pax notare Salomonem ab Hebraeo ׀לשׁו׀ videtur. Admonet vero Scriptor Juvenes, ut Deo grati sint ob Natales nobiles, corporis animique dotes, educationem liberalem, et ad speranda plura ab illo beneficia animat. Addit: et primum quod maxime opus habet professio uestra. quia literarum studiis ab infantia fuistis occupati. obsecro ut profas orationes. et strophas uersuum congruas absque retractatione et dilatione texere curetis. quia ut iam nunc aduertere possumus. ita in posterum nos alloqui. et salutare debemus. quando nos alpium iuga. profunda uallium. rapidissimorum cursus amnium. lacuum procellae. et niualia frigora abinui-cem separare coeperint. Haec ad Helvetiam et S. Gallum pertinere vix dubium.*

49. *Epistola. Initium: Primoribus dilectissimis. iuuenibus dilectissimis pauper et languidus ille. Sicut a nobis absentibus promisi &c.*

Antistes domini. cur sunt tibi friuola cordi &c.

Disticha quinque cum adiecta Cohortatione prosaica. 2. Distichum:

Talia dicat amor. uerus respondet amator &c.

3. Distichum:

Sospitat incolumis nostratis portio mentis &c.

4. Tetrastichon, quo Amicus responsa petit:

Peior amate meus quondam dilectus amicus &c.

5.

Data videtur ad Juvenes in S. Galli Coenobio institutos, deinceps vero, ut hodie non infrequens, ingratos, et a monachis averfos. *Mibi uidetur, ait Auctor, non ob aliud eos uos odio dignos ducere, nisi propter aliquam prosperitatem illorum. Quae si magna uobis uidetur. accedite et arripite illam. Si uero impar ut est uestrae dignitati probatur. finite nos iuxta conditionem nostram uiuere. Nos uobis omnimodam gloriam non inuidemus &c. Ceterum reconciliationem urget et finit: Defecit dilectio uestra defecit et kartula nostra. Defecerunt et Formulae nostrae, quas si Collector inepto consilio Nominibus propriis passim non spoliasset, et labori nostro in iis coniectandis aut eruendis pepercisset, et earum utilitati, quod temporum historiam spectat, minus detraxisset.*

V. fol. 53. Συλλογή Epigrammatum VIII. argumenti ethici, in quibus nihil eximium, ut adeo initia adponere sufficiat: 1. *Verfus de Quinque Sensibus:*

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 1609

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars III. Wien 1795.

3009

L I T U R G I C I

3010

5. Hexastichon, quo Poeta suum erga quosdam studium declarat:

Auia perlustrans indignas quaerito causas &c.

6. Disticha 13. quibus desiderium Amici absentis explicat:

Tardius inuento citius defraudor amico &c.

7. Hexastichon ad absentem Magistrum:

O species cari cur non ades alma magistri &c.

8. Hexametri 14. quibus exemplo Corvi, Aquilae, Gallinae traditur ratio probandi Amicos:

Ex phisicis quiddam uobis uolo ponere coram &c.

Addi possent fortassis hi Versus ad *Jod. Metzleri Epigrammata PP. Monasterii S. Galli in Henr. Canisii Lectt. Antiqq. et Bibl. PP. Lugdun. T. XXVII. p. 507.*

VI. fol. 55. post unum aut plura folia deperdita Fragmentum exponens, quid sit *Crepusculum, Vesper, Conticinium &c.* et deinceps *Excerptum de epistolis hieronimi et aliorum uirorum*, quod infit: *Hieronimi ad augustinum. commendans ei praesidium diaconum ita dicens. Baiolum litterarum habeas commendatum &c.* Breuiore plerumque Sententiae, neque praeter *Hieronymum* quis excitatus, nisi *Cassiodorus*; posteriora tamen excidisse videntur, nam repente fol. 64. incurras in haec abrupta et alia manu exarata: *successori. abbati que coenobii. sanctissimi columbani. ac defensori cellule discipuli eius mitissimi gal-*

li. nec non et archicapellano gloriosissimi imperatoris karoli. Notkerus cucullariorum. sancti galli nouissimus. Abbatem Hartmorum designari putem, Carolum vero Crassum. Quo autem Inscriptio isthaec pertineat, nescio. Nam in Codice post intervallum aliquod diversa manu sequitur:

VII. fol. mox dicto absque titulo Fragmentum *Propbetiae* alias *Methodio* tributae, de qua in *Indice*, hoc initio: *Buzas autem qui condidit bizantium misit per mare ad pbol regem ethiopiae germanicum principem militiae &c.* Extrema pariter defunt.

VIII. fol. ult. satis adtrito habetur *Canticum Theotiscum* maximam partem e *Psalmo CXXXVIII.* depromptum, quod, quatenus legi potest, isthuc transferam, ut veneranda antiquae Linguae nostrae *Λερψανα* augeantur.

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 1609

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars III. Wien 1795.

3011

C O D I C E S

3012

*Vellet ir giboren dauiden den guoton
den sinen touginon sin er gruozte sinen trobtin
Ja gicburi du mib trobtin inte irchennist uer
ib pin fone demo anegine vncin an daz enti
Ne mag ib in gidanchun fore dir giuanchon
du irchennist allo stiga se uarot so ib gingo
So uare jeb ib cherte minen zun so rado namidus
goum den uecb furi uorbtoftu mir daz ib mib cherte
Du bapest mir de zungan so fasto pidvungen
daz ib ane din gipot ne spiricbe nob ein vort
Vie ne chiluust vordin giuieida cberist fone mir
ce dir gitan uie mabt ib dir intrinnen
Far ib uf ze bimile dar pistu mit berie ist ze
bello min fart dar pistu geginuart ne me gib in
nob bein lant nupe mib bapet din bant
Nu uill ib man fleccun alle fone mir gituon
alle die mir rieton den unrehton ribtuom
Alle die mir rietun den unrehton ribtuom
die sint fienta din mit den vill ib gifeb sin
Die uider dir uellent tuon de uill ib fasto nidon
alle durb dinen ruom mir ze fiente tuon
Du got ia dinero giualt scirmi io giuedre
halp mit dinero chereftti pinim du imo daz scepti
Ne la du mos de muoze daz er mib se ane skie ze
— — — — die pisazi du mir
Du uirti far min giuar so mib de muoter gipar
Nob trof ib des ne lougino des du tafi auer vurti
— tougino nupe ib fone gipurti ze erdun
Far ib in den finster dar bupest du mib far
Ib ueiz daz din nacht mach sin so hobt also tach
So vuill ib danne file fruo stellen mino federa
Peginno ib danne fliogen so se er ne tete nioman
Peginno ib danne fliogen so se er ne tete
nioman so fliug ib ze enti ie enes meres
Ib ueiz daz du mib dar irferist ne me gib
in nob bein lant nupe mib bapet din bant
Nu cbius dir fasto ze mir vpe ib mib chere
after dir du ginadigo got cberi mib
framor — — — —
Mit dinen ginadun gibalt mib dir in euum.*

Quae

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 1609

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars III. Wien 1795.

3013

LITURGICI.

3014

Quae e *Psalmo* mutuatus est Noster, aliter expressa sunt in *Notkeri Labeonis Psalterio* apud *Schilterum Thes. Antiqq. Teut.* T. I. p. 246. cujus *Glossarium* ex hoc *Cantico* quibusdam vocibus augeri possit.

DCCCXXIX.

412 Codex membraneus lat. Sec. XI. Folior. nunc 8. 4. nitide scriptus, rubricisque distinctus continet *Sequentias* five Melodias olim in *Missa* solempni longe frequentius, quam hodie, ante *Evangelium* cantari solitas, quarum *Origo* ad *Adrianum* II. Pont. Rom. refertur; unde etiam a secunda manu *Sequentionarius* inscribitur. *Sequentiae* singulae ad marginem exteriorem *Notis* suis *Musicis* instructae sunt. Earum titulos et initia dedit *Lambecius* T. II. p. 784. sed non omnium. Residuas itaque hic adscribam. Omissa primum ab eo *Feria V.* Paschatis. *Carmen suo dilecto ecclesia christi canat ob quam patrem matremque deserens &c.* Dein de uno *Martyre*, quem *Titulum* transcribo e *Cod. San — Gallensi* citato a *Celf. Gerberto* T. I. de *Cantu et Music. sacra* L. II. P. 1. c. 4. p. 415. *Quid tu uirgo mater plorans rabel formosa. Cuius uultus iacob delebat &c.* Demum omissa *Sequentia* pariter absque titulo, sed quae incipit: *O qui Celorum continens regna. Dolentum qui consolatio comprobatis unica. Umbrosae qui flet iberusalem ruitura menia &c.* quamque inter citatas e *Cod.*

San — gallensi non inuenio, pertinere tamen e contextu arbitror ad *Evangelium Lucae* C. XIX. *Cum appropinquaret Iesus Ierusalem &c.* atque adeo ad *Dom.* IX. *post Pentec.* Post haec stetit ille in *Sequentia Sancte Marie Magdalenae.* Superfunt vero in *Codice Sequentiae: In Ascensa Domini. Captiua. Initium: Summi triumphum regis prosequamur laude. Qui celi qui terre regit sceptras &c. In Sancto Die Pentecostes. Occidentana. Initium: Sancti spiritus affit nobis gratia. Quae corda nostra sibi faciat habitaculum &c.* Initium hujus *Sequentiae* *Librarii* veteres *Scriptis* suis passim adponebant. *In Natali Sancti Iohannis Baptiste. Initium: Sancti baptiste christi preconis sollempnia celebrantes moribus ipsum sequamur &c. In Natali. S. Apostolorum Petri et Pauli. Concordia. Initium: Petre summe christi pastor et paulo gentium doctor &c. In Natali S. Laurentii Martiris. Romana. Initium: Laurenti dauid magni martyr milesque fortis. Tu imperatoris tribunal &c. In Assumptione Sanctae Mariae. Mater. Initium: Congaudent angelorum chori gloriose uirgini. Quae sine uirili commixtione genuit &c. In Natiuitate Sanctae Mariae. Initium: Stirpe maria regia Procreata regem generans Ihesum &c. De Sancto Michabele. Greca. Initium: Magnum te michaelem habentem pignus Ciuium nostrorum &c.* *Ordinem* anni sacri in his *Sequentiis* non esse observatum quivis animadvertit. *Culpa* tamen non *Librarii*